

## Band III., Nr. 951, Seite 455-456

*Der erwählte römische König Konrad (IV.) nimmt das Kloster Schussenried mit allen seinen Besitzungen, darunter besonders genannten, in seinen und des Reiches unmittelbaren Schutz und erteilt demselben weitere ausgedehnte Begünstigungen.*

Biberach, 1240. August.

In nomine sancte et individue trinitatis. Conradus, divi augusti imperatoris Friderici filius, dei gracia Romanorum in regem electus, semper augustus et heres regni Iherusalem. Ad promovendum salubriter ecclesiarum statum illius intuitu cuius nomine sunt dicte, de cuius clementia<sup>a</sup> regnamus feliciter, nec non ut in bonis et libertatibus earum favore nostro servetur integritas, tanto favorabiliter<sup>b</sup> inducimur et tenemur, quanto in conspectu altissimi gratiores efficimur, de cuius bonorum plenitudine recepimus universa. Hac si quidem ratione ad modernorum et futurorum notitiam tenore presentium cupimus pervenire, quod constitutus in presentia nostra Conradus, venerabilis prepositus in Sorech, ordinis Premonstratensis, pro se suisque fratribus serenitati nostre humiliter supplicavit, ut locum ipsum et personas in eo domino famulantes protectionis et favoris nostri gratia munire misericorditer dignaremur. Incrementis itaque dicti monasterii et fratrum quieti de innata nobis regia mansuetudine intendere cupientes, inclinati favorabiliter supplicationibus prepositi prenotati, cenobium idem in Sorech, ad plantandam vineam domini, et personas in eo divino cultui mancipatas cum universis hominibus, bonis et possessionibus suis tam mobilibus quam immobilibus, silvis, pratis, agris, pascuis, piscariis, aquis aquarumque decursibus, quorum quedam propriis vocabulis duximus exprimenda: predium in Loupach cum capella et eius pertinentiis, predium in Olsrûthi, curiam in Tunzenhus, curiam in Aminzinswilaer<sup>1</sup>, in Churenbach, in Hofpherbach, in Durnvn<sup>2</sup>, in Gaizbüerron, predium cum vinea in Mezzingen<sup>3</sup> et suis attinentiis, predium in Schammon, curiam in Althain, predium in Yngerchingen, predium in Zollenrûetin, molendinum in Mochenwanc, curtem cum domo Bertholdi ministri de Biberach et eius pertinentiis, cum universis aliis bonis suis, que nunc rite tenent et possident

<sup>a</sup>Im Schussenrieder Diplomatar steht durchgängig *c* statt *t*.

<sup>b</sup>Sowohl im Original als auch im Diplomatar heißt es tatsächlich so statt *favorabilius*.

<sup>1</sup>Enzisweiler.

<sup>2</sup>Eintürnen ?

<sup>3</sup>Metzingen, RT, des Weinberges wegen.

## II

aut in futurum iustis modis poterunt adhipisci, sub nostre et imperii protectionis presidio recipimus speciali. Et ut incolatus eorum de bono in melius proficiat iugiter sub nostra gratia et favore, indulgemus predictis fratribus, ut prorsus absque omni thelonei exactione per universa fora imperii negotiationes suas valeant exercere; et ut pro necessitate claustrum sui in forestis et silvis nostris succidendi ligna liberam habeant potestatem. Adiciamus preterea hanc gratiam cenobio prelibato, ut ministeriales, mercatores seu rustici sive cuiuscunque sexus aut conditionis homines se, vel de suis, mobile vel immobile, conferre valeant dicte ecclesie de nostra licentia et assensu. Volentes et statuentes nichilominus, ut idem claustrum, sicut et alia cenobia immediate pertinentia Romane sedi privilegiata, libertate gaudeat in eo quod iure advocatitio nec nobis nec alteri cuiquam sit obnoxium aut ratione servicij teneatur. Statuimus igitur et presenti sancimus decreto, auctoritate domini et patris nostri Romanorum imperatoris et nostra firmiter inhibentes, ut nulla persona, humilis vel alta, ecclesiastica vel mundana, hanc nostre protectionis et gratie paginam presumat infringere vel ei ausu temerario contraire. Quod qui presumpserit, indignacionem dei vivi nostramque et imperii offensam se sciat graviter incurrisse. Ad huius itaque rei robur et stabilem firmitatem presens privilegium conscribi et sigillo nostre celsitudinis fecimus roborari. Testes huius rei sunt: comes Wilhelmus de Thuwingen, comes Wolfradus de Veringen, Crafto de Cruthein<sup>4</sup>, comes Otto de Kirchperc<sup>5</sup>, Eberhardus et filius suus de Aichain<sup>6</sup>, Conradus pincerna de Wintherstet, Otto Bertholdus dapifer de Walpurc, Fridericus de Hohenburc, Bertholdus de Fronhouen, Vlricus de Warthusen et alii quam plures.<br> Actum anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quadrigesimo<sup>c</sup>, mense Augusti, tertiedecime indictionis.<br> <br> Datum apud Biberach, anno, mense, indictione prescriptis, regnante domino et genitore nostro Friderico secundo Romanorum imperatore, feliciter. Amen.

---

Der Abdruck erfolgte im gedruckten WUB nach dem auf Pergament im 15. Jahrhundert geschriebenen Diplomatar des Klosters Schussenried, fol. 1. Nachträglich konnte ein Vergleich mit dem Original vorgenommen werden. Die sich daraus ergebenden, wenigen Textabweichungen sind in die vorliegende Edition stillschweigend übernommen, vgl. zum Abdruck nach dem Schussenrieder Diplomatar das

---

<sup>c</sup>Sowohl im Original als auch im Diplomatar heißt es tatsächlich so statt *quadragesimo*.

<sup>4</sup>Kraf von Krautheim.

<sup>5</sup>Unterkirchberg.

<sup>6</sup>Illereichen.

### III

gedruckte WUB, Bd. III, S. 454, Nr. 951 sowie WUB, Bd. IV, S. 486.<br> <br>  
An rot-braun-weißer Seidenschnur hängt ein in Leder eingnähtes Königssiegel.

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

HStA Stuttgart

### Signatur/Titel des Originals:

H 51 U 75

### Überlieferung und Textkritik:

Original. War auch im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Diplomatrar HStA Stuttgart H 14 Nr. 229, fol. 1.

### Editionen:

JOHANN CHRISTIAN LÜNIG: Das teutsche Reichs-Archiv, in welchem zu finden, 1. Desselben Grundgesetze und Ordnungen [...], II. Die merckwürdigsten Recesse, Concordata, Vergleiche, Verträge, Erb-Verbrüder- und Vereinigungen, Pacta und Bündnisse [...], III. J, Bd. 18, S. 550. Huillard-Bréholles: Historia diplomatica, Bd. 5,1, S. 201.

### Regesten:

Regesta Imperii Abt. 5, Bd. 1,2, S. 805, Nr. 4428.

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Biberach

### Aussteller:

Konrad IV.; König

### Ortsindex:

Altheim Wohnplatz (17761)<br> Altheim, Schemmerhofen, BC<br> Bad Schussenried Wohnplatz (17071)<br> Bad Schussenried, BC<br> Biberach an der Riß Wohnplatz (17113)<br> Biberach an der Riß, BC<br> Dunzenhausen Wohnplatz (17074)<br> Dunzenhausen, Bad Schussenried, BC<br> Eintürnen Wohnplatz (18932)<br> Eintürnen, Bad Wurzach, RV<br> Enzisweiler Wohnplatz (17075)<br> Enzisweiler, Bad Schussenried, BC<br> Fronhofen Wohnplatz (20999)<br>

Fronhofen, Fronreute, RV<br> Gaisbeuren Wohnplatz (18848)<br>
 Gaisbeuren, Bad Waldsee, RV<br> Homburg Wüstung (26143)<br>
 Homburg, Radolfzell am Bodensee, KN, W<br> Hopferbach Wohnplatz (17077)<br>
 Hopferbach, Bad Schussenried, BC<br> Illereichen, Altstadt, NU<br>
 Ingerkingen Wohnplatz (17768)<br> Ingerkingen, Schemmerhofen, BC<br>
 Jerusalem, Israel<br> Krautheim Wohnplatz (2421)<br>
 Krautheim, KÜN<br> Kürnbach Wohnplatz (17079)<br>
 Kürnbach, Bad Schussenried, BC<br> Laubbach Wohnplatz (21215)<br>
 Laubbach, Ostrach, SIG<br> Metzingen Wohnplatz (15896)<br>
 Metzingen, RT<br> Mochenwangen Wohnplatz (20657)<br>
 Mochenwangen, Wolpertswende, RV<br> Olzreute Wohnplatz (17083)<br>
 Olzreute, Bad Schussenried, BC<br> Rom, Latium, Italien<br>
 Schammach Wohnplatz (17058)<br> Schammach, Attenweiler, BC<br>
 Tübingen Wohnplatz (16214)<br> Tübingen, TÜ<br>
 Unterkirchberg Wohnplatz (16992)<br> Unterkirchberg, Illerkirchberg, UL<br>
 Veringenstadt SIG<br> Veringenstadt Gemeinde (21373)<br>
 Waldburg Wohnplatz (20306)<br> Waldburg, RV<br>
 Warthausen Wohnplatz (17758)<br> Warthausen, BC<br>
 Winterstettenstadt : Ingoldingen BC<br> Winterstettenstadt Wohnplatz (17302)<br>
 Zollenreute Wohnplatz (18829)<br> Zollenreute, Aulendorf, RV